



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

In Commendationem Sacrarum Collationum Reuerendi & longè doctissimi  
D. Tilmanni Bredenbachij, S. Theologiæ doctoris, insignis Coloniensis  
Ecclesiæ apud D. Gereonem Canonici, Carmen Encomiasticum, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

IN COMMENDATIONEM SA-  
crarum Collationum Reuerendi & longè do-  
ctissimi D. Tilmanni Bredenbachii, S. Theo-  
logiæ doctoris, insignis Colonienſis Eccleſiæ  
apud D. Gereonem Canonici, Carmen Eco-  
miasticum, Authore Ioanne à Bruhezen  
Eccleſiæ Metrop. Traiectenſ.  
Decano.

**A**rma canant alij p̄rtos per ſeua triumphos  
Prelia, cum domitis oppida capta uiris,  
Hos inuuet ingenti metaque carente labore  
Mystica ſcriptura uoluerit ſenſa ſacræ:  
Diſtineant quosdam nodosa volumina legum  
Et quidquid gemini ſancto iuris habet:  
Nec ſua percupidis medicina induſtria deſit.  
Nuper ut exortis ſit noua cura malis:  
Diuerſos variis ſtudiis diuerſa fatigent,  
Nomen ut ipſorum ſecula ſera ſciant.  
Doctrina præſtans hos Bredenbachius omnes  
Materie ſuperat nobilitate ſue.  
In lucem emittens variarum inſignia rerum  
Exempla æternis omnia digna notis.  
Que ſparſim ex aliis magno collecta labore  
Sylua ut plena roſis exhibet iſtud opus.  
Qua res non potuit tractari dignior iſto  
Tempore, plus ut pie in ſe utilitatis habens.  
Dum reprobis aſper lætus pia poſtora mulcens.  
Ad celum rectam monſtrat uirisque uiam.  
Que que tot inſidiam animas letaliter, uno  
Hæreſis hoc perimit dira uenena libro.  
Nunc autem igitur lætus complectere palmis,

†† s

21

Et merito tantum lector amore virum.  
Quem nec cura vigil, sudor nec torruit ullus,  
Quo tam præclarum te penes esset opus.  
Ex quo non solum virtutum exempla, paratum  
Vivendi rectè subsidiumque petes,  
Ast etiam nostri adversum fera toxica seclî  
Desumes animæ pharmaca tuta tuæ.  
Antiqui technas colubri procul effuge Lector,  
Tempora & auctori longa precare. Vale.

In libros sacrarum Collationum celeberrimi  
Doct. Til. Bredembachij, fautoris & Domini  
meritiss. Iordanus Louffius Buranus, I. C.

**S**plendida corporibus præbebant fercula mensæ,  
Ast animo solidas vix dedit vlla dapes.  
Donec inexhausto veræ pietatis amore,  
Proderet ambrosias hæc Bredembachium,  
Qui veluti varios per prata virentia stores,  
Sedula apis libans dulcia mella facit:  
Sic monumenta piis cum præscis nupera lustrans  
Contulit in classes optima quæque suas,  
Qualia præsertim doctis (quibus ista parantur)  
Moribus & placidis grata futura putat,  
Cernitur hic summum sua per miracula sacrum,  
Nec non diorum nomina culta piæ,  
Præmia munificos maneat que schismata pæna  
Omnia sanctorum vindice tuta Deo.  
Plurima fructus præcepta salubria vitæ,  
Panditur, & prisca religionis honos.  
Hic probitas, zelus, sancti sine crimine mares,  
Atque